



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Monachorvm D. Bernardi, S. R. E. Cardinalis, Et Abbatis Cassinensis

**Arnulfus <de Boeriis>
Bernardus <Ayglerius>**

Dilingæ, 1616

Cap. I. De Profeßionis forma, & tribus quæ in eadem profeßione
continentur, in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48585)

6 SPECVLI D. BERNARDI

PARTIS PRIMÆ

CAPITVLVM I.

IN QVO ET PRO-
FESSIONIS FORMA,
ET TRIA QVÆ IN PRO-
FESSIONE CONTI-
nentur explanantur
in genere.



MONACHVS, inquam,
profitetur secundum
quod ex Capitulo Re-
gulæ de disciplina su-
scipiendorum Fratrum, colligitur
Cap. 58. his verbis : *Suscipiendus autem, in
Oratorio coram omnibus promittat de
stabilitate sua, & conuersione morum
suorum, & obedientia coram DEO, &
Sanctis eius.* Vnde hæc est profes-
sionis forma: Ego Frater. NN. pro-
mitto stabilitatem, & morum con-
uer-

uersionem, & obedientiam coram
 DEO, & Sanctis eius, secundum Re-
 gulam B. P. BENEDICTI, in hoc
 Monasterio N. in praesentia Domi-
 ni, N. Abbatis.

Ad quorum explanationem
 sciendum, quod tria ponuntur, in
 professione Cœnobarum, per quæ
 distinguuntur ab alijs tribus gene-
 ribus Monachorum. Nam *stabilitate*
 iisdem Monachi Cœnobitæ di-
 stinguuntur à Gyrouagis; *conuer-
 sione morum* à Sarabaitis; *obedientia*
 verò ab Anachoritis.

Circa hoc notandum est, quod
 dicit B. Bernardus: Stabilitas præ-
 cludit viam remisso descensui, con-
 tentioso discessui, vago & curioso
 discursui.

Ex eo verò quod Cœnobitæ
conuersionem morum profitentur, de-
 bent mutare (transeundo de sæcu-
 lo ad Religionem) locum, & habi-
 tum, & nihilominus viuendi modū;

8 SPECULI D. BERNARDI

vt secundum Regulam profitens, mores suos corrigat, & deinceps suam conuersionem dirigat; vt exterius ostendat eum verum esse conuersum, Sanctorum locus, Religionis habitus, & his concordet religiosè viuendi modus.

In hoc etiam quod *Obediencia secundum Regulam* promittitur, proprio sensui, & proprijs voluntatibus renunciatur. Obediencia verò quam secundum Regulam Monachus pollicetur, respicit imperium; Regula consilium continet; vt non vacuum intelligatur illud secundum Regulam: Regula namq; est illud stabile consilium, quod debet præcedere omnem actum, de quo Ecclesiasticus. *Ante omnem actum præcedat te consilium stabile.* Potest etiam intelligi de Regula Monastica, quod Sen. ait: Vnam semel ad quam viuas Regulam prehende ad quam communem vitam

Ecclesi.
37a

PARS I. CAP. I.

tam tuam exæqua. Et quoniam hæc
quasi lucerna vitam monasticam
præcedere debet, omnes subsequi
eam debent; prælatus præcipien-
do, & subditi obediendo. Vnde
ait B. P. N. BENEDICTVS. *In* Cap. 76
omnibus, igitur omnes magistram se-
quantur Regulam, neque ab ea temere
declinetur à quoquam. Hinc B. Ber-
nardus concludit: ergò nec ab ipso
Abbate. Idem; Non est Abbas su-
per Regulã, cui semel & ipse spon-
taneã voluntate se submisit. Idem;
Esto vt interdum Regulæ littera ce-
dat pro tempore charitati, cum ra-
tio necessitatis exegerit, absit tamẽ
vt cuiusquam hominis subdatur
voluntati. Idem; Super Fratrum
transgressiones non super Patrum
traditiones constituitur, qui Abbas
eligitur, cultor mandatorum, vltor
vitiõrum.

STABILITAS namque vt existi-
mo idcirco in professione ponitur,

A 5

quia

10 SPECVLI D. BERNARDI

Psal.
103.

quia est solidum fundamentum, in quo Religio fundata non concutitur, nec ad iniquitates temerè inclinatur. Vnde in Psal. dicitur: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.* Religio enim in stabilitate fundatur, licet aliquando pluuijs malarum cogitationum, quæ sunt causa natiuitatis vitiorum, grauius madi-detur; vel fluminibus carnalium voluptatum impellatur; vel ventis diuersarum tentationum concuti timeatur: immobilis tamen erit, nec cadere in grauem transgressionem finaliter permittet. Est enim illa firma, & habet illud immobile fundamentum de quo dicit Dominus in Matth. *Descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram.* Et notandum quod locus ubi stabilitas tutius obseruatur, est

Mona-

Monasterium bene ordinatum, & bonorum congregatio sociorum. Vnde B. P. N. BENEDICTVS enunciatis bonorum operum instrumentis sic subiungit, *Officina vero, ubi haec omnia diligenter operemur, claustra sunt Monasterij, & stabilitas in congregatione.* De quo B. Bernardus ait: Omnium bonorum operum officina cella est, & stabilis perseverantia. Et post pauca subiungit: impossibile est homines fideliter figere in vno animum suum, qui non prius in aliquo loco perseveranter affixerint corpus suum: Nam qui aegritudinem animi de loco ad locum migrando effugere nititur, sic est, sicut qui fugit umbram corporis sui: seipsum fugit, seipsum circumfert, locum mutat non animum, eundem ubique se inuenit; nisi quod deteriore facit ipsa mobilitas: sicut laedere solet aegrum qui eum circumferendo

Cap. 44

concutit. Vnde B. Bernardus: Coelum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Qui enim est suæ sensualitati subiectus, & vbi desiderat liberè vadit, se esse vento agitaram arundinem ostendit.

Quod de Ioanne qui de primis Religiosis fuit, Dominus negauit, in
Matth. Matthæo dicendo: *Quid existis in*
 11. *desertum videre? arundinem vento*
agitaram? Ab hac agitatione intendit nos Apostolus reuocare, dicens

ad Corinthios. *Fratres mei dilecti*
 15. *stabiles estote & immobiles.*

AD MORVM autem conuersionem attinet, veterem hominem exuere, & nouum induere, sicut fit ad litteram Monacho, quando proficitur; quia veste non benedicta exuitur ab Abbate, & induitur benedicta, dicente Abbate: Exuat te Dominus veterem hominẽ cum actibus suis, & induat te nouũ, &c. Vnde Apostolus ad Ephesios ait:

De-

Deponite vos secundum pristinam *Ephes.*
 conuersionem veterem hominem, 4.
 qui corrumpitur secundum desiderium
 erroris; renouamini autem spiritu
 menti vestre, & induite nouum ho-
 minem, qui secundum Deum creatus
 est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Alia enim quæ sequuntur de veri-
 tate conuersionis morum sunt, &
 ad Monachum verè conuersum
 pertinere possunt, vsque ibi: *subie. Ephes.*
Et inuicem in timore Christi. In hac 5.
 autem morum conuersione debet
 cauere Monachus, ne forma sæculi
 sibi remaneat, & attendere vt sen-
 sus nouos induat, & sic nouus totus
 quodam modo reformetur, sicut
 ait Apostolus ad Romanos. No-
 lite conformari huic sæculo, sed *Rom. 128*
 reformamini in nouitate sensus
 vestri.

O B E D I E N T I A M verò Mo-
 nachus promittens sibi præponit
 hominem, quem quasi Deum au-

A 7 diat;

diat; cui quasi Deo obediat; cui se
 totum vt Deo ostendat; à quo be-
 neplacitum Dei intelligat. Abbate
 debet habere Monachus, & audire
 vt DEVM, sicut ait Dominus in Lu-
 ca. *Qui vos audit me audit, & qui*
vos spernit, me spernit. Abbati de-
 bet obedire Monachus sicut Deo.
 Vnde B. BENEDICTVS Cap. 5.
Obedientia quæ maioribus præbetur,
Deo exhibetur. Item, Monachus
 debet se totum ostendere Abbati
 suo, in foro spirituali maximè, sicut
 Deo. Vnde B. BENEDICTVS:
 Cap. 70 *Quintus humilitatis gradus est, si om-*
nes cogitationes malas, cordi suo adue-
nientes, vel mala, à se absconsè com-
missa, per humilem confessionem Ab-
bati non celauerit suo. Vnde B. Ber-
 nardus: Quicquid habens vicem
 Dei, præcipit homo, quod non sit
 tamen certum displicere Deo, hoc
 sic omninò accipiendum est, quo-
 modo si præcipiat DEVS. Quid
 enim

enim interest, vtrum per se, an per ministros suos, siue Angelos, siue homines, hominibus innotescat suum beneplacitum Deus? idem; Ipsum quem pro Deo habemus, tanquam Deum, in his quæ non sunt aperte contra Deum, audire debemus.

CAPITVLVM II.

IN QVO AGIT
DE STABILITATE
IN SPECIE, ET DE SEP-
TEM CAVSIS, QUÆ AD
eam obseruandam va-
lere noscun-
tur.

Dicte quoque de tribus partibus professionis in genere, ac earum explanatione, dicen-
dam